

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri
Theologi, Jnstitvtiones Morales**

In Qvibvs Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè
factorum pertinentes, breuiter tractantur

Azor, Juan

Coloniae Agrippinae, 1616

1. De Cardinalibus S. Rom. Ecclesiæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14007

torum confessiones audiat: posse tamen licentiam concedere: quia delegare, inquit, est iurisdictionis, quam non habet excommunicatus: at licentiam concedere, ut audiatur penitentium confessiones, solum est, subditum sum alteri Patrocho subjicere. luxa hoc dicit Paludanus, Episcopum excommunicatum non posse alcenti delegare vicem suam, posse tamen concedere, ut alter Episcopus suis subditis indulgentias conferat. Hæc sententia mihi dubia videtur, quia videtur, etiam esse actus iurisdictionis, huiusmodi licentiam dare. Sed probabilis Paludani sententia est.

Ostendo quæritur, An Indulgentia concessa ab Episcopo, profint ipsi, si opus fecerit, eo quod alijs Indulgentiae conceduntur? Ratio dubitandi est, quia nemo potest ut iurisdictione in seipsum. Communis est sententia prodest. Richar. in 4. distin. 20. art. 4. q. 3. Palud. ibid. q. 4. art. 3. cond. 3. & ratio est, quia non virtutis directo iurisdictione in seipsum, & quia non est peioris conditionis quam alijs. De Canonica quarta portione Episcopis debita agam, lib. 8. c. 24. de charitatu, ut vocant subtilio Episcopis dati solito, dicam, lib. 8. c. 26.

Finis Libri Tertij.

IOANNIS AZORII LOR- CITANI E SOCIE- TATE IESV

I N S T I T U T I O N V M
M O R A L I V M
Pars secunda:

LIBER QVARTVS.

De Cardinalibus Sanctæ Romanæ
Ecclesiæ.

CAPVT PRIMVM.

R I M O quæritur, Vndenam, & quo tempore sit nomen Cardinalis, acceptum? Respondeo, à cardine Cardinalem esse dictum: Cardo autem, ferramentum est, circa quod forent verortur. Vnde cardines dicuntur duas eæ partes immobiles sibi mutuo oppositæ, quarum una est ad Septentrionem, altera ad Anstrum sita, & dicuntur poli, & vertices mundi cardo item significat id quod est in negotio, causa, & controversia præcipuum. Vnde Cardinalis dicitur etiam quasi principalis. Sic quatuor virtutes Cardinales dicuntur apud Ambro. lib. 5. in Lucam: quatuor item venti Cardinales, & quatuor Mundi partes Cardinales apud Seruum. Sanctus item Augustinus li. 1. de Baptif. c. 6. Cardinales Donatistæ appellant, hoc est, primarios, principales apud ipsos. Quare Cardinalis Episcopus iuxta hunc sensum, erit primarius, & principalis Auctiles Cardinalis Presbyter, Cardinalis Diaconus, Cardinalis Clericus, est Principalis Presbyter, Diaconus, vel Clericus, vel Canonicus. Cap. in nomina Domini. distinction. vigeſimæteria. vocantur Episcopi Cardinales, & Clerici Cardinales. Cap. Ministerium de offic. Archipresbyteri, Sacerdos Cardinalis. Cap. Praefid. 2. q. 5. Presbyter Cardinalis, Diaconus Cardinals.

Azor. instit. Moral. Pars 2.

Sunt qui censeant. S. Gregorij I. tempore Cardinalem Episcopum vel Presbyterum dici eum, qui cum ad certam Ecclesiam promotus fuerat, ad aliam episcopo, vel Presbytero destitutam, & viduatam transferebatur, qui cui non dicebatur absolute, vel simpliciter Episcopus, vel Presbyter, cum in duabus Ecclesijs unus ordinatus, esse iure non posset, sed dicebatur illius Ecclesia ad quam erat translatus, Cardinalis Episcopus, vel sacerdos, hoc est, ad eam traductus, & proinde ipsi obstrictus, & mancipatus.

Ethoc sensu explicant multa, quæ habentur in epistolis S. Gregorij primi. Et in vita ipsius, per Ioannem Diaconem descripta. Nam lib. 3. c. 16. ita scribit ipse Ioann. Diacon. Expulsi Episcopos, tam cito incardinare non posserat, vel quorum redditus ad proprias sedes contingere posse sperabat. C. 18. Letet vacantes Episcopos, vacantibus Civitatibus incardinare studuerit, Demeritum Episcopum Neapolit. ob crimina deposuerat. Cum ab eisdem Neopolitanis incardinari, sibi Paulum Neapolitum Episcopum magnopere quereretur; tribuit illis Visitatorem; Cardinalem vero constitutere recusauit. & ead. lib. c. 15. incardinari Ecclesia scribit eum, qui aliunde translatus videtur Ecclesia preficuntur. ca. 19. aliarum Parochiarum Clericos sibi, & alijs Pontificis incardinare curabat. C. 7. in ordinandis Episcopis, neque Cardinales Ecclesia sua, neque Monachos Monasterij sui penitus excusauit, quo minus ille Ecclesiam regandam committeret. Verum enim vero cardinali, aut incardinare, aut Cardinalem Sacerdotem constitui, in Epiph. S. Gregor. aut apud Ioan. Diacon. non solum videtur significare id, quod transferre aliunde, & certæ Ecclesia praescire Sacerdotem translatum, sed idem etiam, quod ordinare, & in aliqua Ecclesia simpliciter constituite. scribit enim lib. 3. c. 10. idem Ioan. Diacon. Cardinales in forensibus Parochiis promotori, in pristinum cardinem renocabant. & apud Vitru. lib. 4. c. 6. Scipi Cardinales dicuntur, hoc est, annexi, inseriti, & compacti. item lib. 10. c. 20. caproli cardinali. c. seq. tigna cardinata, hoc est, inserta, & veluti annexa. Quare ex ultimo tempore S. Gregorij, & longe ante cum dupliciter dici Cardinales, vel quia erant certæ alicui Ecclesiæ adscripti, & veluti inserti, aut quia erant Primarij, & principales. Et hoc etiam dupliciter, vel quia Ecclesia, cui erant addicti, & obstricti, erat principalis, vel quia ipsi Cardinales, Episcopi, Sacerdotes, vel Diaconi inter ceteros eiusdem Ordinis eminebant. Sic enim apud S. Ambro. quatuor virtutes Cardinales vocantur, & apud S. Cyprian. extatlibelus de operibus Christi. Cardinalibus sic inscriptus apud S. Augu. vero, ut prædictimus. Donatistæ Cardinales nominantur. Hinc illud in e. Ministerium, de officio Archipresbyteri. Diligenti cura prouideat ministerium Sacerdotum Cardinalium, id est, principium, quorum erat in celebrioribus festis diebus solemnni ritu rem diuinam facere. Ex quo etiam factum est, ut in quibusdam Ecclesijs sint inter Canonicos hodie etiam dicti Canonici Cardinales; ut in Compostellana Ecclesia, licet plures sint Canonici, sextam leptemue Cardinales vocantur: qui Paschalis I. privilegio, & diplomate sacrificium faciunt, solemnni ritu in altari maximo, sub quo iacet corpus S. Iacobi Apostoli, ut refatur Mariana. lib. 10. de rebus Hispania c. 6. & olim in Ecclesia Rauennate, & in Aquileiensi quoque, Mediolanensi, Beneventana, & Pisana, teste Anastasio, Germanio lib. 3. de Sacrorum immunit. cap. 6. Canonici Cardinales vocabantur, tanquam Canonici Ecclesiarum principalius, vel tanquam reliquis eiusdem Ecclesiæ Canonicis digniores: quorum certa quedam insignia erant, quibus à reliquis Canonicis distinguebantur. Glossa in c. Pudor. 32. q. 2. Per derisionem, inquit, dicitur Cardinalis Ravenna sicut dicitur Rex Schacorum. In c. Sacrosancta, dist. mlt. 22. ad finem dicitur: Hæc vero Apostolica Sedes, caput, & cardo (ut prefatum est) à Domino, & non ab alio constituta est: & sicut cardine opium regitur, sic huius Apostolicae Sanctæ Sedis auctoritate, omnes Ecclesie Domino disponente reguntur. Sic ibi. Vnde fortassis dicti sunt Cardinales.

sanc*tæ* Romanæ Ecclesiæ, à cardine, videlicet, quia eorum consiliis Ecclesia Romana, quæ est omnium Ecclesiarum cardo dirigitur. Videtur igitur Cardinalis nomen Siluestri I. tempore vistatum in Ecclesia Romana fuisse.

Secundo queritur, An olim Episcopi solum dicti fuerint Cardinales? Fuere quidam qui dixerint, S. Gregorij Magni tempore, & ante ipsum, Cardinalis nomen tantum Episcopis insignium Ecclesiarum tributum, & datum fuisse: ut enim constat ex Epistolis eiusdem B. Gregorij, Episcopi tantummodo, non omnes sed principales vocantur: quod probant *text.* *Relatio 21. q. 1. c. Pastoralis;* *7. q. 1. c. Fraternitatem;* *Disting. 70. c. Presbyteri dist. 24.* Carterum ex Concilio Romano à Silvestro I. coacto parerunt Presbyteros etiam & Diaconos dici Cardinales. Nam c. *Prasid. 2. q. 5.* dicitur: *Presbyter autem Cardinalis, nisi cum sexaginta quatuor teſib⁹ non deponatur: Diaconus vero Cardinalis Vrbis Romæ, nisi cum virginis septem teſib⁹ non condemnetur, & cap. à Subdiacono, dist. 93.* habetur: *Vt omnes Clerici inferiores Subdiaconi subdit: sint Diaconi Cardinali.* Et in Concilio Romano paulo ante memorato, *Canone 6.* sancitum est, ut Diaconi non essent plures per Parochiarum examen nisi duo; & Cardinales Vrbis Romæ septem.

Tertio queritur, An Cardinalium Ordo sit iurius diuinus, hoc est, à Christo Domino institutus? De hac questione tractat *Cardinalis Albanus, lib. de Cardinalib. q. 5.* Due sunt opiniones, quarum Prima affirmit, quam inter Canonicii interpretes sequuntur, Panormitanus in *c.* Per venerabilem, qui filii sunt legit. & quidam alii inter Theologos, Turrecremata in *Summa lib. 1. c. 80.* & 83. August. Triumphus in *Tract. de Porf. Ecclesia. q. 102.* B. Antoninus 3. *par. Tit. 21. c. 1.* & 2. & inter iuris Pontificis interpretes Martinus Laudensis in *tract. de Cardinal. par. 1. q. 24.* & *par. 2. q. 7.* & q. 11. Barbat in *tract. de Card. presb.* q. 1. *Cardinalis Albanus q. 5.* vbi citat Romanum, Iasonem Decium, & alios id ipsum affirmantes: quam etiam opinionem colligunt *exc.* Per venerabilem, qui filii sunt legit. *q. 5. rationibus,* vbi Pontifex ait, suos fratres, quos sic vocat, ipsos Cardinales, in Leuitici generis sacerdotibus fuisse adumbratos; & deducitur etiam ex cap. *fundamentis de elect. in sexto, q. 2.* dicitur. Deinde, quia Cardinales videntur 72. Christi Domini Discipulis successisse, qui fuisse duodecim Apostolorum ad iutores, sicut Cardinales sunt Romano Pontifici a consilijs. Accedit quod dicitur 1. Regum 2. *Domini sunt cardines terre,* & posuit super eos orbem. Eugen. IV. in *Epist. ad Episcopum Cantuarensem,* quam refert Jacobatus in *lib. Concil. 1. n. 152.* ait, A postolo Christo Domino assidentes; figurantur retulisse Cardinales qui Romano Pontifici astant: Apostolos vero in totum terrarum orbem missos ad Evangelium annunciantum, typum & similitudinem tenuisse. Episcoporum, qui sunt per provincias distributi. Secunda opinio, Soto in primis in *quarto, dist. 24. q. 2. art. 4.* & multis alijs probata, negat eos iurius esse diuini: eaque nimirum, quod Romanus Pontificis Cardinales creavit, ut eorum consiliis iuaretur, eorumque opera in Ecclesiæ gabenatione veteretur. Neque legimus ullos esse à Christo Domino Cardinales, vi Cardinales sunt, institutos. Nec vsquam sacrifici littore Cardinalium meminuntur: & hierarchia Ecclesiastica diuina ordinatione instituta, constat Episcopis, Presbyteris, & ministris. Et hæc opinio quibusdam probabilior videretur esse. Et de Cardinalibus intelligitur, non vt sunt Episc. & Diac. sed solum vt sunt Cardini, nam præter Ordinem Episcoporum, Presbyt. & Diacon. nihil aliud Cardinales habent, nisi Romanorum Pont. aſſidere, ut ipsum suo consilio, opera, studio, industria, & cura iuuent, cōia totius Ecclesiæ negotia tractent. Vnde præter tres Ordines dictos, tota Cardinalium potestas à Rom. Pontificibus manavit ac fluxit, sc. quod Pontificem eligant, quod in Pontificis comitijs afflant, quod suffragia ferant, sententiam dicant, confilient, Ecclesiæ negotia conficiant. Quemadmodum enim in aliis ecclesiis, quibus præsunt episcopi, Canonicorum

sunt Collegia, quibus præsicitur Decanus, siue Præpositus: scilicet in Eccl. Rom. est sacrum Cardinalium Collegium ab ipsis summis Pontificibus institutum. Iuris tamen diuini est, ut summus Pontifex tanquam Christi Vicar, habeat Episcopos, Presbyteros, & Ministros tanquam adiutores his. n. conflat Ecclesiast. hierarc. diuina ordinatione instituta *Conc. Trid. sc. 23. can.* Negari non potest, Cardinales, vi sunt summi Pont. adiutores, consiliarij, operarij, adumbratos fuisse in sacerdotibus, & ministris Leuit. generis, & hoc est, quod dixit Innocent. *3. c. pr. venerabilem*, & quod docuerunt S. Anton. Turturcremata, & August. Anconitanus: nomen tamen Cardinalium, officium, dignitas, numerus, diff. Titularum, & alia priuilegia, quibus Cardinales potiuntur, à summis Pontificibus sunt instituta. Et illud. *Re. 2. Domini.* sunt cardines terre: non probat, ut etiam Panor. adnotauit, Cardini, esse iure diuino institutos, nam sensus eius loci est, vniuersitatem terram esse creatam à Deo, & columnis eius orbem terrarum esse suffulatum. Tribuit Scriptura more nostro loquendi, terra columnas, quasi columnis ecclesiæ innitatur, cum tamen eam Deus creauerit & consuetus pondere, & grauitate sua libratam.

Quarto queritur, quanta sit Cardinalium antiquitas: Quidam existimant Cardinalium originem a S. Greg. I. alii vero à Silvestri I. tempore repetendam esse; Alii, eam referunt ad Marcelli, nonnulli demum ad Pontianum secularum. Eug. IV. in *præcita epist.* ait, Cardini, nomen non fuisse initio nascens Ecclesiæ expressum, munus tamen & officium à B. Petro Apostolo, & eius successoribus, evidenter institutum. Onuphius putat, Cardini cepisse à Cleti, & Euasisti attate: Nam *Cletus, inquit, sepe Bibliothecario ex Damaso, Presbyteros Roma ad viginti quinque numerum auxit: Euasius vero, Apostolorum instituto, ad septuaginta numerum in Ecclesia Romæ. Diac. relegit;* & *Titulos in Vrbe Prefect. diuisi, ut unusquisque sue parœcia terminus finiret, & singuleretur. Quib[us] est illud addidit, ut Episc. concionem per vias custodirent. Deinde Hyginus, sepe Damaso, Clerum compositus, & Cleri gradus distinxit, ut alii essent superiori, alii inferiori; alii praesent: contra alii subiessent: & singulae inueniuntur secreti in sua Vrbis regione, titulo, vel parœcia, confusione tollenda gratia, diuina mysteria populum docentes diligenter sacramenta Dei omnibus ad se venientibus Christianis conferent: ac proinde singulos Presbyteros in uniuscunque titulo, Clericos & Presbyteros constituit. Ait n. *Anasius ex Damaso:* Hic clericum compositus, & distribuit gradus: & iuxta, inquit Onuphius, Presbyterorum Cardinalium nomina efficit, ut is, sc. diceretur Presbyter Cardinalis, qui ceteris Presbyteris, eiusdem tituli praesesset: antea n. cum unius tantum per singulos titulos Presbyter fuisse, Cardinalis non dicebatur, eo quod non nisi unus in uniuscunque titulo Presbyter elegebatur. Pst. *Hyginus Dionysius Titulos in Vrbe Romana plures fecit. Sicut n. *Anasius ex Damaso:* Hic Presbyteri diuissim Ecclesiæ, & ecclesiæ, & parœciæ, videlicet et extra Vrbe, & diocesis continuat. Et de Marcello istiusnam idem Damasus, cum virginis quoniam Titulos Roma constituisse quasdioceses, et ad martyrum sepulchra, tū ad Baptismū. & panentem multorum, qui ad Christi fidem & religionem convertebantur ex Paganis, repudiatis falsis & vanis gentilium Dij. Verū quicquid dicit Onuphius, Cardinaliū nomen ante Silvestri tēpū nō legim⁹. Deinde Cardinals Presbyter, vel Diac. nō solū dicebatur, quia ceteris Presbyteris, vel Diac. eiusdem tituli, vel Diaconi præcesser, fed etiam, quia Ecclesiæ in Vrbe Roma præsiceretur, qua ceteris principaliores essent: & proprietere Presbyteris, vel Diac. nomen Cardinalium dabant quemadmodum Cardini dicitur, non quod præsit aliis eiusdem Ecclesiæ Episcopis, sed quod principalior sit reliquo aliam Ecclesiarum Presulibus. Et hoc nomine distingui, & appellari coepérunt Card. Silvestri I. tempore: sed raro eo tempore id nomen dabatur. Gregor. I. seculo coepit frequentius id nomen pluribus Episcopis tribui.**

Quinto

Quinto quartitur, Quotuplex sit Cardinalium gradus & ordo? Rel. triplex esse, alij enim sunt Episcopi, Cardinales, alij Presbyteri, alij Diaconi. Sicut enim Collegia Canonorum ex Presbyteris, Diaconis, Subdiaconis, & alijs inferioribus Clericis constant? sic etiam sacrum Collegium Cardinalium habet Episcopos, Presbyteros & Diaconos: nec quisquam Cardinalium, sine Diaconi saltem titulo creari solet: nec inter Cardinales in comitiis suffragium feit, praesertim cum de eligendo Pontifice tractatur, qui Diaconus non sit, Clem. ut hi, qui §. illius 20. de ait, & qualiter.

Sexto queritur, Quot sint Tituli Episcopus Cardinalem, quo item Presbyterorum, quo Diaconorum Cardinalium? Resp. olim quidem Titulos Episcop. fuisse septem vel octo, Hostiensem, Veliiternum, Silvam Candidam, alias S. Ruffinam, Portuensem, Sabinum, Praenestinum, Tusculanum, Albanum. Nunc vero sunt sex, eo quod Ecclesia Veliiterna Hostiensi, Eugenii III. auctoritate adiuncta sunt: & Ecclesia S. Ruffinam, qua alias dicebatur sanctarum Virginum Ruffinam & Secundam, ante Eugenium III. Callisti I. tempore, coniuncta est cum Ecclesia Portuensi. Teste Onuphrio lib. de septem Virbis Ecclesiis, c. 1. His septem Epis. aliquando fuerunt alij additissim Leone IX. & Paschali II. Epis. Veliiterni. Sub Urbano II. Epis. Nepelinus, & Epis. Parmensis. sub Innocent. II. Archiepisc. Pisanus, Mutinensis, Ortonus, Tyburnitus, & nouissime sub Leone X. Reatinus, & iterum Tyburnitus. At post Innocentij I. & Eugenij III. tempora, usque ad nostra, perduravit sex tantum Episcoporum Cardinalium numerus: In quibus qui ceteris ratione suae ordinationis antiquior erat, Prior, & deinde Decanus Collegij Cardinalium dicebatur. Paulus I V. instituit ut et Decanus esset, qui moriente Decano antiquior alij Epis. Cardinalib. in Vrbe præsentibus, vel etiam absentibus, ecclesiæ tamen causa, fuisset. Inter hos epis. Cardinales magno in honore est habitus Hostiensis; cuius est ab antiquo tempore, ut ait August. 165. Romanum Pontificem consecrare: ac propterea ipse inter episcopos pallio, quod est Archiepiscopi insigne, vitetur, ex Marci Papa instituto, ut Damasus testatur. Tales porro episcopi, eo quod Vrbi Romanae finitimi & vicini essent, ob negotia Curiam Romanam frequentatae confuebantur, & honorari & coli præ ceteris coperiunt, tanquam summo Pontifici, ut Vrbi Archiep. subiecti, & eiusdem Suffraganei. Quo factum est, ut Card. epis. ante Leo. IX. tempora coperiunt nominari, hoc est, principales, sive primarij episcopi, eo quod essent ceteris reliquarum ecclesiæ episcopis celebiores, & insigniores.

Presbyterorum Cardinalium Tituli olim erant viginti octo: quos Titulos enumerat Onuphrius in opusculo de Cardinal. & alij, & nos paulo infra subiiciemus. Erant nam antiquo tempore Roma, dicit Onuphrius, quadragecum regiones, & quinquies tunc fortassis singulis regionibus singuli Presbyteri presicerentur; crescente tamen numero Christianorum, vel plures Ecclesia in singulis regionibus eredit sunt; vel duis in unaquaque regione Presbyteri constiututi; ac propterea facti sunt 28. Tituli. Sic Onuphrius. Ego tamen existimo, Vrbi Templo; sive ecclesiæ olim dici solitas, Titulos: quibus qui præterant Presbyteri animarum curam habentes, & Sacramenta ministrantes, dicebantur sic: Laurent. Presbyter Tituli S. Marcelli. Steph. Presbyter Tituli S. Marci: postea vocati coperiunt, Presbyteri Cardinales, hoc est, principales, ut ceteris aliorum Titularum, sive in Vrbe, sive extra Vrbeum ceterorum distinguenter, & nominabantur sic: Laurent. Presbyter Cardinalis Tit. S. Marcelli: Stephanus Presbyter Cardinalis Tituli S. Marci.

Diaconorum vero veteres Diaconiz fuerunt 18. quoniam putem primum fuisse 14. Onuphrius in libello de septem Ecclesiæ Virbis, c. 3. ait, Diac. usque ad annum millesimum non excessisse numerum septenarium, & cum

Vrbis, ut ait ille, 14. regiones fuerint, singuli in duabus regionibus seruebant: postea iuxta 14. regiones, 14. Diac. creabantur, ut singuli singulis regionibus prefecti essent. Sed aliquando etiam Diacono numerus fuit 18. qui numerus per aliquot annos continuatus est, postea auctus per Paul. III. qui anno 1545. usque ad 19. Diaconos, Cardinales auxit: & per Pium IV. productus est usque ad 25. Demum Sixtus V. eos ad 14. restituit iuxta veterem regionem Vrbis numerum.

Porro Diaconis quamvis essent ædes sacræ in honorem, & memoriam Sanctorum dicatae, tamen Tituli non dicebantur, quia Diac. qui eorum custodes, sive praefecti erant, qui in domibus, iuxta ea Templa hababant, animarum curam non habebant, nec Sacramenta conferabant, sed demandata sibi munia in sua regione faciebant, & Pontificis Rom. facis operanti præsto aderant: ecclesiæ thesauros custodiebant, pecunias plebi inopia laborantis, iuxta præscriptas sibi rationes in suis regionibus dabant. Antiquitus nominabantur sic: Petrus Diaco, prima regionis: Ioannes Diac. sextæ, vel decima regionis: postea dici coeperunt: Petrus Diac. Card. S. Adriani: Ioannes Diac. Card. S. Bustach. Dicunt sibi Diac. Card. ut a ceteris Diac. qui erant in alijs ecclesijs, & ciuitatis discernerentur.

Adeo erant Diaconia à Titulis distinctæ, ut nulla ratione, aut Presbyter Card. Diaconiam, aut Diac. Card. Titulum haberet. Quando accidebat, ut Diac. Card. Presbyt. fieret: is relicta Diaconia sua Titulum accipiebat. Hunc ordinem primus mutauit Sixt. I. V. teste Onuphrio: & ita eum posteri Pont. secuti sunt. At Sixt. V. sicut numerum Diac. Card. certum constituit, ita etiam decreuit, ne Presbytero Diaconia, aut Diacono Titulus in posterum daretur.

At Card. numerus Rom. Pont. arbitrio, augeri, minui, soleat, aut certe potest, cum res ita postulauerit. Et quamvis aliqui contendant, eos tot cœlē oportere, quot fuerit Apostoli, & Discipuli Dominum, aut saltem quot Discipuli fuerunt; Alij vero, non plures creari debere, quam corum haec tenus scripti Tituli, vel Diaconiz inueniuntur: In Concil. tamen Basiliensi, sicc. 23. statutum est, ne plures Cardinales crearentur quam viginti quatuor. Certe si viginti quatuor tantum Cardinales eligerentur, referent illos viginti quatuor seniores de quib. B. Ioan. Apoc. 4. sed n. frequentiori Doctorum sententia receptum est, totum hoc ex libera Romani Pontificis voluntate pendere. ita Franchus, in c. vbi periculum, de elect. in 6. Martinus Laudem. Traß. de Card. p. 2. q. 2. Albericus in Rub. de statu hom. Card. Albanus de Card. q. 41. Et licet maxima sit negotiorum moles, ac multitudine, & populorum frequentia, quibus Rom. Pont. praest, recte nihilominus tamen is Christianæ reipublicæ consulurus creditur, si nunquam maiorem numerum Card. habeat, duobus & septuaginta, qui fuit numerus discipulorum Domini. Archid. c. vbi periculum de elect. in 6. Card. Clem. ne Romani. §. parro de elect. Alber. in Rub. c. de Sum. Trin. Barbat. intradit. de Card. q. 1. n. §. Mansie. de Card. c. 3.

Nec certam habet auctoritatem, quod quidam prodiderunt, Pontiani tempore Card. ducentos triginta sex extitisse.

Tituli antiqui fuerunt viginti octo, ut diximus; qui videlicet sequuntur.

1. S. Crucis in Hierusalem.
2. SS. Marcellini & Petri.
3. SS. Quatuor Coronatorum.
4. SS. Ioannis & Pauli.
5. S. Anastasie.
6. S. Sabine.
7. S. Stephani in Monte Cælio.

- 8 S. Clementis.
- 9 SS. Nerei & Achillei.
- 10 S. Susanna.
- 11 S. Pudentianæ.
- 12 S. Petri ad Vincula.
- 13 S. Martini in Montibus.
- 14 S. Sixti.
- 15 S. Eusebij.
- 16 S. Priscæ.
- 17 S. Vitalis.
- 18 S. Marci.
- 19 S. Marcelli.
- 20 S. Laurentij in Lucina.
- 21 Basiliæ Duodecim SS. Apostolorum.
- 22 S. Laurentij in Damaso.
- 23 Balbinæ.
- 24 S. Cæcilia.
- 25 S. Chrysogoni.
- 26 S. Praxedis.
- 27 S. Mariae Trans Tiberim.
- 28 S. Ciriaci in Thermis.

Tituli recentes à Summis Pontificibus additi.

- 1 SS. Quirici & Iulita.
- 2 S. Ioannis ante Portam Latinam.
- 3 S. Agnetis in Agone.
- 4 S. Laurentij in Panisperna.
- 5 S. Thoma in Parione.
- 6 S. Silvestri in Campo Martio.
- 7 S. Pancratij.
- 8 S. Bartholomæi in Insula.
- 9 S. Matthæi in Merulana.
- 10 S. Mariæ de Arca cœli.
- 11 S. Mariæ in Via.
- 12 S. Mariæ super Minervam.
- 13 S. Mariæ Angelorum in Thermis.
- 14 S. Hieronymi Illyricorum.
- 15 S. Apollinaris.

Tituli recentiores à Sexto V. veteribus adieci.

- 1 S. Onuphrij in Ianiculo.
- 2 S. Augustini.
- 3 S. Mariæ de Populo.
- 4 S. Alexij in Auentino.
- 5 S. Blasij de Annulo.
- 6 S. Mariæ de Pace.
- 7 S. Salvatoris de Lauro.
- 8 S. Petri in Monte Aureo.
- 9 S. Trinitatis in Monte Pinciano.
- 10 S. Mariæ Transfontinæ.

Diaconia sunt quatuordecim, totidem Vrbis Regionibus respondentibus.

- 1 S. Mariæ in Aquiro.
- 2 S. Mariæ in Cosmedin.
- 3 SS. Cosma & Damiani.
- 4 S. Maria Nouæ.
- 5 S. Adriani.
- 6 S. Mariæ in Via Lata.
- 7 S. Mariæ in Porticu.
- 8 S. Angeli in Foro piscario.
- 9 S. Nicolai in carcere.
- 10 S. Mariæ in Dominica.
- 11 S. Euftachij.
- 12 SS. Viti & Modestii.
- 13 S. Agathæ.
- 14 S. Gregorij ad Velabrum.

Ex Titulis veteribus vnu non extat, videlicet S. Ciriaci in Thermis: vnde Tituli veteres sunt viginti septem, qui cum recentioribus quatuordecim, & cum alijs recentioribus a Sexto V. adieci sunt, videlicet SS. Sergij & Bacchi, S. Lucia in Circo, iuxta Sepulchrum S. Theodori, S. Lucia in Scilice, alias capite Suburbæ, alias Orpheæ.

Trioribus a Sexto V. adieci efficiunt vnum & quinquaginta.

Diaconi veteres quatuor sublatæ sunt, videlicet SS. Sergij & Bacchi, S. Lucia in Circo, iuxta Sepulchrum S. Theodori, S. Lucia in Scilice, alias capite Suburbæ, alias Orpheæ.

Tempore Gelasij II. qui fuit electus anno 1113. Presbyteri Cardinales viuebant viginti octo, quorum triuæ erant viginti octo antiqui, quos supra enumerauit. Diaconi Cardinales erant decem & octo, quos superius commenstrauit.

Episcopi Card. viuebant sex; Sabinus, Ostiensis, Tusculanus, Portuensis, Praenestinus, Albanus.

Septimo queritur, cuiusnam sit Card. eligere & creare? Respondeo, folius Rom. Pont. Ioan. Andr. & Abbas e. Jane, de conuersione coniugat, ita ut nec ipsum etiam Card. Collegium, cum est Eccles. Rom. suo Pontifice viduata, vnum Cardinalem possit eligere, Gloss. in Clem. ne Roman. verbo potestatis, de elect. Alix. in c. nullus, d. 79. Objicit, Card. Collegium ius habere eligendi Rom. Pont. ei go & Card. creandi? Respondeo, non sequi, vi si vnum ius habeat, & alterum quoque habeat: quia sibi Roman. Pontifex, Cardinalium creationem referuerit. Quæres, An saltem Generale Concilium Card. possit eligere? Respondeo aliqui, cum necessitas postulat, posse Generale Concilium vnum, aut alterum Cardin. creare: Sic lacabat trist. de Concil. lib. 6. à 7. q. 1. & Manfre. tract. de Card. d. 386. Ego tamen nunquam legi, vlos esse creatos Card. à Concil. Generali: nimurum creatione Card. Pontificis Summi est. Quæres itidem, An Romanus Pontifex circa Card. alienum, & Concilium Cardinales creare queat? Resp. non esse dubitandum, quin id facere absolute possit. Io. Andr. e. Jane, de conuersione coniugat. Fel. & Dec. in Rub. de constitut. de more tamen id nequaquam ab eo fieri solet, quia Cardinalis creatio magni ponderis est; ardua vero negotia non solet Pontifex absq; Card. confilio expedire. Zabaril. in repetit. super e. perpendimus, de sent. excom. Ioan. Monach. in c. super eo. de hæret. in 6.

Octauo queritur, An Card. dicantur dignitatem habere iure communi, an vero solum simplex munus & officium? Sunt qui putent, Card. nomen, tunc non est nomen Ordinis à ceteris Ecclesiasticis Ordinibus distincti, sic non esse iure communi dignitatis nomen, sed tantum munerus, & officij, vt felicet Pontif. Rom. suo consilio, opera, studio, & industria iuuenit. sic Bald. Fel. Mar. Laud. Andr. Siculus, ut resert Card. Alban. de Card. q. 6. Verum quidquid illi dicant, de iure communi dubitandum non est, esse nomen dignitatis, vel iure, vel confutudine. Nam Card. ceteris honore & dignitate praestant. Deindeios habent, & portent Roman. Pont. eligendi: quod est honoris & dignitatis: Item iurisdictionem Episcopalem habent in Ecclesijs, quibus præsunt. c. Huius, qui de Maiorita. & Obed. Ad extremum, ille dignitatem habete creditur, qui in Ecclesia honoris aliqua prærogativa gaudet, & penes quem est aliquod ius, & potestas: fed Card. multis prærogatiis potiuntur; ius istud & potestatem in multis causis & rebus, maximi ponderis & momenti habent; ergo merito dignitatem tenere censentur. hanc sententiam multis rationibus confirmat Card. Albanus q. 6. de Cardinalibus.

Nono queritur, An Card. dignitas sit maior quam Episcoporum? Non hic in questionem verrit, An Card. ceteris Ecclesiastarum Presulibus honoris dignitate praestant, more & confutudine Curia, & Eccl. Roman. hoc enim certo constat; sed, an iure ipso communia antecellant: Profecto certius est, Episcopum potestate Ordinis esse Presbytero Cardin. maiorem: item Presbyterum eadem potestate esse Diacono Cardinali superiori: quoniam Episcopus in sacramentis multa potest, quæ presbyter Card. non potest: & Presbyter potest sacra lanceum Christi corpus consecrare, rem diuinam facere, & offere pro viuis & defunctis, & alia sacramenta ministrale, que

non potest Diaconus Cardinalis. Certum etiam est administrationis auctoritate & dignitate honoris, Card. Episcopis longe praestare: nam Cardinal, est Roman. Pont. eligere, ei à consilio esse, ardua vna cum eo torius Ecclesie negotia tractare & agere: præterea Cardinales Romanos Pontifex fratres appellantur, quorum consilio dicit se hoc, aut illud decernere: Cardinales item in publicis comitijs & consuetibus, in publicis supplicationibus, & alijs quibuslibet rebus primi à Romano Pontifice sedent, primi suffragium & sententiam ferunt, subscribunt, stant, incedunt: denique sicut Episcopi sua habent Caeconicorum Collegia, sic etiam in ipsa Rom. Ecclesia tanquam Pontificiorum quorundam Caeconicorum Collegiis est, purpuratus & fæcer. Cardinalium conuentus, qui vna cum ipso Pontifice vnum veluti corpus efficit, cuius caput est Papa, & membra sunt ipsi Cardinales.

Quare quemadmodum Presbyter, Ordinis potestate est Archidiacono superior, iurisdictione tamen, administratione, & honoris dignitate solet esse inferior, & Presbyter, qui est Episcopus electus & confirmatus, non dum tamen consecratus est Presbytero iurisdictione superior, quamvis Ordinis potestate par, ita etiam Cardinales est Episcopo administratione superior, sed inferior Ordinis potestate, exat apud Iacobatum, ut dixi superius q. Epistola Eugenij IV. ad Archiepiscopum Cantuarium, ubi multis rationibus concludit, Cardinalium honoris dignitate esse episcopo, Archiepiscopo, & Patriarcha superiorem, nam Silvester constituit, ut sine plurimis tellum sententijs Cardinalis damnari non posset: quod nullum Episcoporum Archiepiscoporum, Patriarcharum habere legimus. Apostoli Christi assidebant, qui similitudinem referabant Cardinalium Pontificastantium. Cum tamen Episcopi significati sint in Apostolis per totum terrarum orbem ad Euangeliū promulgandū missis. Papa Cardinales appellat sui corporis partem, cum ē curia Romana Cardinalis mittitur, dicit Legatus a Latere Apostolico destinari: & in provincia ad quam est missus, ceteris antecellit. Qui in Cardinalem manus violenter inficit, vel confilium, aut faciunt ad id praefat, reus laesa maiestatis habetur, & grauissimi poenis coeretur; quibus non punitur, qui reliquos Ecclesiārum Antiphites offendit. Constantinus ait: *Volumus deinde Romana Ecclesia Clericos reverendissimos singulos habere illud sanctum culmen potentia & excellētia, cuius sanctissimum nob̄i Senatus gloria adornantur Consules; id est, Patrios fieri.* Ceteri itidem Ecclesiā Palaci certis Ecclesiās prælūt, ac Cardinales communis toriis Ecclesiās salutis consulunt & student: reliqui certas Ecclesiās regunt, Cardinales vero vna cum Papa totius Reipublicā Christianā negotia pertractant. Hæc ex illa Epistola.

Dubiz tamen questionis est, An semper Cardinalis fuerit administratione, & honoris dignitate Episcopo superior? Ioannes Andreas, & Geminianus in c. cum aliquibus. Derefrip. in sexto, testantur, ante Bonifacij VIII. facultum multos Episcopos non fuisse in numerum Cardinalium adscriptos, ne Pontificiam dignitatem minuere viderentur. Refert item Onuphrius in opusculo de Cardinalib. ante id tempus ex Episcopis non conueuisse Romanum Pontificem creare Cardinales, quia Episcopi erant Cardinalibus superiores. Apud S. Bernardum quoque extant Epistolæ, quarum inscriptio sic haberet: *Episcopi & Cardinalibus in Urbe, aut Curia Romana commorantibus: & cap. constitutus 1. de Appellat. cum Alexander III. cuidam Cardinali seribat, Epistola inscriptio talis est: Gradiensi Patriarche, & S. Vitali Presbytero Cardinali.* Ergo eo tempore, inquit, Episcopus ac proinde etiam Patriarcha, inue Archiepiscopos Cardinali praestabat honoris dignitate. Alii tradiderunt, longe ante Bonifacij VIII. Cardinales Episcopis honor præcessisse, ut constat ex ijs verbis Petri Damiani: *Roman. CARDINALES Romanum Pontificem principaliter elegunt;* & quibusdam alijs

paraginatis non modo quorumlibet Episcoporum, sed etiam Patriarcharum, atque Primate istra transcedunt. Salvo quippe universalis Ecclesia sacramento, iſi sunt oculi unius lapidis, ipsi lucerna omnis candelabri: Sicille.

Meo iudicio, ex quo ius & potestas Romanum Pontificis eligendi ad sola Cardinalium suffragia redacta est, coperunt Cardinales paulatim honores dignitate cætris, etiam Archiepiscopis & Patriarchis antepom, at non statim summum honoris gradum obtinuerunt: & ideo Petrus Damiani, qui ante Bonifacij VIII. ætatem floruit, scripsit Cardinales in eligendo Pontifice, & qui busdam prærogativis esse Episcopis, & Patriarchis superiores. Id etiam a Ioanne Andrea, Geminiano, & alijs proditum, verum pariter est, Bonifacij tempore episcopos in Cardinales non eligi, ne de Ordinis potestate, & gradu descendere viderentur.

Quæres, an extra Curiam Romam vim, & locum habeat consuetudo, quæ in Regum, & Principum Comitiis, & Conuentibus quilibet Episcopus, ut suæ Ecclesiæ Praefectus & Pastor, non ut Cardinalis sedet, & sententiam dicit, videlicet, prout est in Episcopatu antiquior? Respondeo, eam consuetudinem esse approbadam, quoniam videtur expresso, vel tacito Pontificis consensu confirmata. Secus, cum iure ipso non valeret: Reges enim & Principes de Ecclesiasticis personis, aut rebus leges, & iura ferre, & condere non possunt: nemo enim leges nisi in homines sibi subditos potest ferre, quia leges, & iurata ponere est iurisdictionis. l. nulli, C. de sententi. & interlocut. & Baldus ibi. & Romanus conf. 218. n. 2. Quæres etiam, An Cardinales iure quoque ipso quatuor Patriarchis, uimirum Constantinopolitano, Alexandrinō, Antiocheno, & Hierosolymitanō honoris dignitate præficiantur? Quidam negant communī iure, sed viu duntaxat Curiae Romanae præcedere.

Decimo queritur, An Cardinales in Generalibus Ecclesiæ Conciliis, atque Conuentibus ius habeant suffragium ferendi, hoc est, definiendi res Fidei & morum, & ius in Decretis Concilii subscrivendi? Quidam negant eo vicino argumento permoti, quod in Concilij scripto dicitur, ea esse Episcoporum, Concil. Antioch. e. 20. Laodiceen. ca. Chaledon. Act. 15. can. 19. Tartacon. c. 6. ut habetur, d. 18. e. propter Ecclesiasticas. Et in antiquis Ecclesiæ Concilii solos Episcopos definisse, & subscrivisse legamus, non Cardinales, nisi aquam Romani Pontificis Vicarios, aut Legatos, vel Nuncios. Alij vero sentiunt Cardinales auctoritatē habere definiendi, & subscrivendi, non quidem ordinatio iure, sed facultate commissa & demandata; Conuenit enim aliquid nobis dupliciter, vel ordinario iure & potestate hoc est, ratione munieris & officij quo fungimur, vel demandata, & commissa potestate sicut presbyter ordinatio auctoritate & iure, corp. Domini populo ministrat, & Christi Euangeliū annunciat: at Diaconus olim commissio, & demandatio sibi iure dominici sanguinis poculum plebi ministrabat, ac Dei verbum proponebat. Item Episcopus ordinatio iure Clericos creat. Abbates vero Clericorum tonsuram, & quatuor minores Ordines priuilegio, consuetudine, & commissio iure conferunt: ad cum quoque inquit, modum Episcopi iure suo in Concilij Fidei dogmata definit, & in Decretis deinde subscrubunt; Cardinales vero definiti commissa, & demandata, non ordinario iure. Alii contra, Cardinales centent definire, & subscrivere non solum demandato, sed iure ordinario, ita docet Turrecrem. in sum. libro tertio. capit. decimoquarto. ad sextum. & hoc mihi verum esse videatur, nam ius in Concilii definiti, & subscrivendi, non est potestatis Ordinis, sed iurisdictionis ergo non solum est Episcoporum. Legimus enim etiam in antiquis Conciliis non solum episcopos definit, sed etiam Monachorum Abbates, item Generales Religiosorum Ordinum Prepositi in Conciliis definiti, & subscrubunt. Et in Synodo Romana II. sub Symmacho subscriperunt episcopi, & postea

Pres

Presbyteri, & tertio loco Diaconus Ecclesia Romanae in hunc modum: Caelius Rusticus Episcopus Mantuensis subscriptus, & consensu Synodalibus constitutus, atque in hac me proficer manere sententia. Deinde, Caelius Laurentius Archipresbus. Titulus S. Praedictus his subscriptus. Ex consensu Synodalibus constitutus, atque in hac me proficer manere sententia. Deinde subscriptio Diaconi: Cyprianus Diaconus S.R.E. regionis septima, hic subscriptus, & consensu Synodalibus constitutus, atque in hac me proficer manere sententia.

Cardinalium igitur est in Conciliis definire, & subscribere non solum commissio & demandato sibi, sed etiam ordinario iure, id est, ratione dignitatis in qua sunt constituti. Nam quamvis Presbyteri, aut Diaconi tantummodo sint, iurisdictionem tamen, & administrationem habent.

CAP. II.

De potestate, quam habent Cardinales in Romano Pontifice eligendo.

Primo queritur, An Cardinalium sit, Rom. Pont. eligere? Certi iuris est penes eos esse potestatem eligendi Rom. Pont. ut constat ex Alex. III L. i. i. elect. & Greg. X. in Conc. Generali Lugd. vbi periculum, de elect. in 6. & Cle. V. in Conc. Vienn. Clem. I. Ne Romani, de elect. Ex Nicolao I. ut habeatur in c. In nomine d. 23.

Porto formula eligendi Pontificem, sicut traditur in c. Vbi periculum, vbi praecipue leges, quae in eo eligendo seruari debent, sequentes continentur. Prima est, ut ad Rom. Pont. eligendum Comitia habeantur in loco idoneo, vbi Pontifex cum sua Curia residens, causarumque & litterarum Apostolicarum audienciam habens, mortuus fuerit; quod si in villa, pago, aut oppido obierit, & propterea commode ibidem comitia habeti nequeruntur, in urbe, in cuius diocesi, villa, pagus, vel oppidum fuerit, habentur, nisi sacris interdictis sit, qua causa in viciniori urbe non interdicta, ipsa electio fieri debet. Si vero ipsa audiencia in alio loco fuerit, tunc non vbi Pontifex decesserit, sed vbi eadem audiencia fuerit, futuri Pontificis creatio sit. Secunda lex seruanda in electione Pontificis haec est: ut mortuo Pontifice comitia non habeantur, nisi decem dies, ut minimum, spatio interiecto, quo tempore & Card. absentes expectari, & novendiales exequie demorari Pontificis per Card. presentes celebrari debent. Tertia: ut Card. omnes quavis ratione a Conclavi absentes, nullum ferendorum suffragiorum ius habere possint. Quarta: ut non solum Card. absentes, sed & omnes cuiusvis ordinis, & conditionis homines in Rom. Pont. creari queant. Quinta lex: ut finitis novendialibus, factisque die decimo rite sancto spiritui factis omnes Card. qui adsancti, siue absentes aduenient, siue secus, in Palatio, in quo mortuus Pontifex habitabat, loco tuto vindique conclusio, & optimae custodito, quod Conclave vocant recludantur, cum duob. tantum familis, qui eis necessaria subministrant: quo in loco comitia habeantur: nec aliqui praeter eas sit locum ingredi, vel egredi, nisi insita itatis causa, certisque quibusdam hominibus, quorum opera in Conclavi existentibus maxime est necessaria. Is porro locus Conclavi nullum intermedium partem habeat, sed omnes Card. in cellis suis laneis distincte & pannis ipsum incolant in commune. Sexta lex: ut locus, & porta Conclavi diligissime custodiatur. Si Romae electio habeatur, primum a Praetorianis militibus, deinde a Regulis Romanis, & Oratoribus Principum prius Sacra mento deviuntur: deinde in loco, qui officio Conclavis vicinior fuerit, ab Episcopis, & Confessoribus Urbis.

Si autem extra Vibem Comitia haec habeantur, à loci eiusdem dominis temporalibus eodem fidelitatis iure iurando obligatis, quorum munus est Conclave custodire, & diligenter cauere, ne quid in Conclave infera-

tur exportetur, quominus legitima suffragia ferti possint. Eorum quoque est singula scrutari, quae vel cibi, vel alterius rei causa infestruntur ad eos, & curare, ne quid detrimenti Cardinales patiantur, omnibusque ipsorum nutribus praesto esse; & eos forte Pontificis electionem differentes, ad eam maturandam adgredere. Milites veritoriani, ac Reguli Romani, Conclave ab imperio, & violencia tutum reddere debent. Septima lex Pontificis electionis facienda est: ut Cardinales è Conclavi egredi nulla ratione possint, nisi Romano Pontifice iam electo & creato, quod si re infecta exierint, ab his qui Conclavis custodia praesunt, iterum ingredi cogi debent. Octaua, ut Cardinalibus venientibus, post ingressum in Conclave & ante Pontificis creationem, potestas sit in Conclave ingrediendi, & cum ceteris suffragia ferendi, nullusque Cardinalis quavis occasione, aut prætextu, etiam vinculo excommunicationis adstrictus, ab electione ipso arceri queat. Nona lex: ut post triduum ab ingressu in Conclave, nisi Pontifex renunciatus fuerit, Episcopi, Reguli Romani, & qui Conclavis custodia praesunt, maxime in epulis, & cibis, qui ad Cardinales inferuntur, rationem habent, & ad eos non nisi ferculum vnuuus inferri permittant. Decima, ut in Comitiis habendis, pena anathematis constituta, nulli fas sit, aut largitione vni, aut quicquam polliceri, aut accipere ambiendo, aut animos Cardinalium sibi in noua creatione obstringere quo interim tempore cardinalibus nullali negotio vacanti, ius portet, sique sit, quo electio maturetur. Undecima, ut nemo Romanus Pontifex, nisi duarum partium ex tribus cardinalium in conclavi praesentibus, integris suffragijs fuerit electus. Duodecima lex, ut mortuo Romano Pontifice, statim omnes Ecclesiastici magistratus cessent, & a suis muniberibus vacent, praeter Pontificariatum Maiores, & Minores, & camerarium sanctæ Romanae Ecclesie (Camerengum vocante) quorum munera etiam post obitum Pontificis perdurant. Haec ex constitutione Gregorij X. cap. vbi periculum de electione in sexto, & partim ex Alexandro III cap. li. et, de elect. in sexto, & Clemente Quinto, Clementin. Ne Romani, de elect. iuxta cuius constitutionis praescriptum primum creatus est Pontifex Innocentius V. Atetij. vbi Gregorius X. obierat, & eo mortuo, Adrianus V. Romæ & postea Viterbij Ioannes XXI.

Porro conclave instituendi causa ea fuit, ne in longum protraheretur electio Pontificis, sicut accidit in electione Gregorii X.

Secundo queritur, An ius eligendi Romanum Pontificem semper penes solos cardinales fuerit? Respondeo: nullum electionem Pontificis fieri solitam a clero, & quodammodo, ut quasione proxime sequenti explicabo, à Populo: qui mos per mille, & eo amplius, annos in Ecclesia duravit, ut quidam probant ex cap. In nomine, dist. 23, quod fuit Decretum Nicolai II. Pontificis itaque olim electus a Clero, & Populo, vel eligebatur pontius a clero, nominabatur & postulabatur a Populo, ut dicam quod sequenti. Deinde ab Episcopo Hostiensi consecrabatur: & per aliquot secula electio Romani Pontificis facta a clero, Populo potente, & nominante, quem veller Pontificem, Imperatoris assensu approbabatur. quod ius sibi usurparunt, & contra Canones habuerunt Imperatores à Iustiniani tempore, & postea ademptum eis fuit. Deinde vero, ut quidam scriperunt, quod falsum esse questione proxime sequenti tractabo, Adrianus I. iterum concessit Carolo Francorum Regi, nondum torus Occidentis Imperatori crearo. cap. Adrianus, dist. 63. Sed hoc iure cessit deinde Ludouicus Imperator, ea. Ego Ludouicus, & cap. Sacrorum eadem distinctione, quod postea priuilegium Leo VIII. Otoni I. Germanorum Regi contulit, c. in Synodo, distinctione citata, ita Romanorum Pontificum concessu, siue permisisti, varie Romani Imperatores hoc priuilegio tebanter, de quod dicam quae sunt sequentia.

Porro rata haec res sic se habuit: G. this Italia omni Narsetis Patricij opera pulsis, & ea cum V. be Roma, Oti-

entalis